



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 33. Senatus Regnum Sedi Apostolicæ reconciliari efflagitans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tifex, qui supremi Pastoris vices in Sæcul. XVI.
terris gerit, omnes in sinum suum re- A.C. 1554.
cipere paratus sit, quibus præmissis
Anglos hortabatur, ut tempus adeo
acceptabile, faustumque in rem suam
vertere vellent.

§. XXXIII.

Senatus Regnum Sedi Apostolicæ re- conciliari efflagitans.

Die vigesima nona ejusdem Mensis Burnet,
utriusque Curiæ Patres rursus con- p. 439.
gregati Philippo, ac Mariæ libellum Sleid.
supplicem porrigebant, quo universi p. 903.
cum summa animi submissione decla-
rabant, quod suæ ab Ecclesia defectio-
nis, ac schismatis, nec non factæ a
Sedis Apostolicæ unitate digressionis
eos sincere pœnitentiat, ac proin, ut
veræ pœnitentiæ suæ specimina ede-
rent, parati sint rejicere leges omnes,
quæ contra Pontificem latæ fuerunt,
easque, quantum in ipsis esset, abro-
gare, ac Reges, quos Deus ab hac
labe puros conservavit, enixe preca-
rentur, ut veniam sibi per ejus Lega-
tum impetrarent, atque ejus beneficio
in gremium Ecclesiæ tanquam filii re-
ciperentur, & ejusdem corporis mem-
bra prius divulsa agglutinentur.

Cum vero Polus secessisset, ut cum
majori libertate hac super re deliberari

D 4 posset.

Sæcul. XVI. possit, mox reverti rogabatur, eoque
A.C. 1554. præsente Cancellarius Deo gratias egit,
 quod Prophetam ex suo numero susci-
 tasset, qui eos salvos faceret: dein et-
 jam beneficium, quod a Pontifice ul-
 tro deferretur, multis verbis laudavit,
 & extulit, ac seipsum cum cæteris in er-
 rores lapsum palam fassus est, atque
 ut omnes tandem ad cor redirent, &
 resipicerent oblatam gratiam ample-
 xantes, hortatus fuit. His factis Le-
 gatus, cum ab ipso Rege, & Regina
 ad Angliæ Regnum Unitati Catholicæ
 reddendum impense sollicitaretur, to-
 tum negotium ad alteram diem, quæ
 erat B. Andreæ sacra, remittebat.

§. XXXIV.

*Anglia Ecclesiæ, Sedique Aposto-
 licæ rurſus conciliata.*

*Thu. l. 13.
 Sleid.
 p. 954.
 Sander hist.
 d. schism.
 Angl. l. 2.
 p. 3:4.*

Die trigesima Novembribus Cardinalis Polus ab Arondelii comite regiæ domus Præfecto, & sex aliis primariis Periscelide donatis equitibus, totidemque Episcopis deductus in regiam ve- nit, ubi cum primum in conspectum venisset, Gardinerus Cancellarius præsente Rege, ac Regina libellum suppli- cem a Senatu subscriptum, ac sigillo munitum eisdem porrigebat, rogans, ut illum recipere dignarentur: mox vero Philippus, & Maria illum aperien- tes